The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com


# Heresis e

## cum uariis

Hec est fides, papa beatissime, quam in catholica didicimus ecclesia. In qua si minus perite aut parum caute forte aliquid positum est, emendari cupimus a te qui Petri fidem et sedem tenes. Si autem hec nostra confessio apostolatus tui iudicio comprobatur, quicumque me culpare uoluerit, se imperitum uel maliuolum, uel eciam non catholicum sed hereticum, comprobabit.

Ieronymus in epistola.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$):

didicimus] didiscimus B C, discimus P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$; qua si] quasi $V^2$; Petri] preter P $V^1$; fidem et sedem] sedem et fidem B; imperitum] imperitorum $V^2$; sed] seu P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$